

conclusio vniuers. illis negatiæ, que reperiatur in celarem: & sic modus, cui correspondet E, reducitur ad celare. Per, ex primis etiæ conclusio particularis affirmativa reperta, in Darij & per: O, conclusio particularis negatiæ reperta in ferio: & ita modi illi correspondentes ad Darij, & ferio reducuntur. Prima igitur dictio habens quinque vocales ponitur pro quinque modis primæ figuræ: Secunda habens quatuor, pro quatuor secundæ figuræ: Tertia vero: nepe letare Romanis; qua habet sex ponitur pro sex modis tertia figuræ. Exempli in nesciebatis: nes, correspondet Baralipont; denotatq; ipsum reduci ad celare, qui haber conclusionem vniuersale negatiuam. Ci, correspondet celantes; denotatque ipsum reduci ad Darij, qui haber conclusionem particularem affirmatiuam. E, correspondet Dabitis; denotatque ipsum ad Celarem reduci, qui conclusionem negatiuam habet. ba, correspondet Fapesmo: significatque ipsum ad Barbara reducitur, correspondet Frisemorum: denotatque ipsum ad Darij reduci. Et quod de hac dictione, nesciebatis, respectu modorum primæ figuræ, diximus: sic, de odiabâ, respectu Secundæ: & de, letare Romanis respectu Tertiæ est dicendum. Nota tamen: quod haec reducitur ad impossibile fundatur in illa maxima dialectica: in omni bona consequentia, oppositum consequens infert: oppositum antecedentis: vt, homo currit: ergo homo mouetur: sed nullus homo mouetur: ergo nullus homo currit.

His positis: si scire voleris ad quem modum perfectum, syllogismum imperfectum reducere debes: considera eius conclusionem; & ipsius contradictoriæ, qualis sit, & quanta: deinde contradictoriæ compone cum maiore, aut minore, que pro ratione figuræ erit assumenda pro altera præmissa: & attende diligenter, vel iuxta vocales dictiorum prædictarum: vel in quo modo perfecto prima figuræ sint illæ præmissæ simili sumptuæ dispositæ: & sic certissime colliges modum, ad quem si logismus imperfectus reduci debet: sed, vi hoc melius percipias; exemplo reductionis omnium modorum, illud tibi explicamus.

Baralipont ad celare.

Baralipont reducitur ad celarem: verbi gratia omne discursuum est risibile: omnis homo est discursius: ergo aliquod risibile est homo: negas consequentiam: ergo eius contradictoria: scilicet, nullum risibile est homo: est vera: tunc sic iuxta regulam pro prima figuræ: nullum risibile est homo: omne discursuum est risibile: ergo nullum discursuum est homo: sed hæc conclusio si conuertatur sic: nullus homo est discursus: est contraria illius minoris concessæ: omnis homo est discursus: ergo duo contraria simul vera concedis: quod est impossibile.

Celates ad Darij.

Celates reducitur ad Darij: verbi gratia, nullus animal est lapis: omnis homo est animal: ergo nullus lapis est homo: negas conclusionem: ergo eius contradictoria: nempe, aliquis lapis est homo: est vera: tunc sic: omnis homo est animal: aliquis lapis est homo: ergo aliquis lapis est animal: sed hæc conclusio est contradic-

ctoria: si conuertatur; maioris cōcessæ: ergo dūs contradictoria simul vera.

Dabitis reducitur ad celarem: verbi gratia, **Dabitis ad** omne admiratiū est flebile: aliquis homo est **Celarem.** admiratiū: ergo aliquod flebile est homo: negas: ergo eius contradictorium: nullum flebile est homo: est verum: tunc sic: nullum flebile est homo: omne admiratiū est flebile: ergo nullum admiratiū est homo: que conclusionis si cōcessatur; est contradictoria minoris concessæ, & derelictæ.

Fapesmo reducitur ad Barbara: verbi gratia, **Fapesmo** omnis homo est substantia: nullus lapis est homo: **ad Barbara.** ergo aliqua substantia non est lapis: negas: ergo nullum substantia est lapis: tunc sic: omnis substantia est lapis: omnis homo est substantia: ergo omnis homo est lapis: que conclusio, per conuersionem, opponitur contrarie minori concessæ.

Friesomorum reducitur ad Darij: verbi gratia, **Friesomo- rum ad Da-** rij, aliquis homo est substantia: nullus equus est homo: ergo aliqua substantia non est equus: negas: ergo nullum substantia est equus: tunc sic: omnis substantia est equus: aliquis homo est substantia: ergo aliquis homo est equus: que conclusio conuertatur; est contradictoria minoris concessæ.

Cesare primus modus secundæ figuræ reducitur ad ferio: v.g. nullus coruus est albus: omnis cygnus est albus: ergo nullus cygnus est coruus: negas: ergo aliquis cygnus est coruus: tunc sic: nullus coruus est albus: aliquis cygnus est coruus: ergo aliquis cygnus non est albus: ecce conclusionem, iuxta regulam pro secunda figuræ, contradictioniæ minoris concessæ.

Camestris reducitur ad Darij: v.g. omnis cygnus est albus: nullus coruus est albus: ergo nullus coruus est cygnus: negas: ergo aliquis coruus est cygnus: tunc sic: omnis cygnus est albus: aliquis coruus est cygnus: ergo aliquis coruus est albus. Ecce contradictioniæ veram minoris concessæ.

Festino reducitur ad Celarem: verbi gratia, nullus lapis est animal: aliquis homo est animal: ergo aliquis homo non est lapis: negas: ergo omnis homo est lapis: tunc sic: nullus lapis est animal: omnis homo est lapis: ergo nullus homo est animal: ecce contradictioniæ minoris concessæ.

De Baroco i: m diximus in principio capititis.

Darapti primus modus tertiae figuræ reducitur ad celarem: verbi gratia, omnis homo est animal: omnis homo est risibilis: ergo aliquod risibile est animal: negas: ergo nullum risibile est animal: tunc sic: nullum risibile est animal: omnis homo est risibilis: ergo nullus homo est animal: ecce contradictioniæ veram minoris concessæ, & reliæ iuxta regulam tertiae figuræ.

Felapto reducitur ad Barbara: verbi gratia, nullus homo est lapis: omnis homo est rationalis: ergo aliquod rationale non est lapis: negas: ergo omne rationale est lapis. Tunc sic: omne rationale est lapis: omnis homo est rationalis: ergo omnis homo est lapis: ecce contradictioniæ veram minoris iam concessæ.

Disamis

Disamis ad celarem.

Disamis reducitur ad celarem: verbi gratia aliquis homo est risibilis: omnis homo est rationalis: ergo aliquod rationale est risibile: negas: ergo nullum rationale est risibile: tunc sic: nullum rationale est risibile: omnis homo est rationalis: ergo nullus homo est risibilis: ecce contradictioniæ veram minoris concessæ.

Datifi ad ferio.

Datifi reducitur ad ferio: verbi gratia, omnis virtus est laudanda: aliqua virtus est temperantia: ergo aliqua temperantia est laudanda: negas: ergo nulla temperantia est laudanda: tunc sic: nullum temperantia est laudanda: aliqua virtus est temperantia: ergo aliqua virtus non est laudanda. Ecce conclusionem contradictioniæ minoris, quæ concessisti.

Bocardo ad Barbara.

Bocardo reducitur ad Barbara: verbi gratia, aliquis homo non est grammaticus: omnis homo est animal: ergo aliquod animal non est grammaticus: negas: ergo omnis animal est grammaticus: Tunc sic: omnis animal est grammaticus: omnis homo est animal: ergo omnis homo est grammaticus. Ecce conclusionem veram contradictioniæ minoris concessæ.

Ferison ad Darij.

Ferison tandem ad Darij reducitur: verbi gratia, nullus lapis est sensibilis: aliquis lapis est substantia: ergo aliqua substantia non est sensibilis: negas: ergo omnis substantia est sensibilis: tunc sic: omnis substantia est sensibilis: aliquis lapis est substantia: ergo aliquis lapis est sensibilis: que conclusio est contradictioniæ minoris iam concessæ. Et haec de syllogismorum reductione ad impossibile sufficiunt.

C A P V T VIII.

Desyllogismo Expositorio, & Enthymemate.

Syllogismus expositorius, quid.

Syllogismus expositorius est, cuius medium est terminus singularis. Vel ut alij volunt: est, qui ex propositionibus singularibus constat: & sic appellatur: quia rem exponere videtur sensibus per singularia, quæ sunt sensibus exposita: qui quidem syllogismus adeò perspicitus est: ut demonstratio sensibus applicari soleat. Cum autem sit proprium rei singularis: quod alteri subiectatur, hic syllogismus proprius sit in tertia figura, in qua medium in utraque præmissa subiectatur: licet etiam in alijs fieri possit. Utimur autem illo: quando alius negat propositionem particulari, de subiecto scilicet communis termino particulari affecto: ut negat quis conclusionem istius syllogismi tertiae figurae in Darapti: omnis homo est rationalis: omnis homo est sensibilis: ergo aliquod sensibile est rationalis: illam sic probabis, & expones per syllogismum expositorium: Petrus est rationalis: & Petrus est sensibilis: ergo aliquod sensibile est rationale. Enthymema, quæ est una species argumentationis, sic à Boetio (noster Titelmanus) teste lib. 4. cap. 34) est argumentatio, in qua non omnibus præmissis ante positis, festinata inferitur conclusio: vt Petrus est homo: ergo Petrus est animal. Homo

currit ergo animal currit. Siquidem in prima debet suppleri: omnis homo est animal pro maiori: & in secunda omnis homo est animal: pro minori. Vnde enthymema dicitur syllogismus imperfectus, vel truncatus: & Græce, Enthymema est, quod in mete, siue cogitatione, altera præmissarum occultat.

Aristoteles tamen sic Enthymema diffinit: Enthymema est syllogismus ex locutibus, & signis: id est: ex propositionibus probabilibus (icos Graecis propositionem probabilem significat) constans: vt omnis mater diligit filium suum: ergo & haec mater: & ex propositionibus de illatis alterius: siue in se sint probabiles: siue necessarie: (hoc enim significat signum in praesenti) ut mulier habet lac: ergo comunita est viro: est homo ergo animal. Verum est tamen: quod eadem propositione, quæ in quantuti probabilis dicitur Icos: dicitur signum; in quantum inferre necessario: ut omnis benefactor est diligendus: ergo hic benefactor est diligendus.

Nota tamen: quod Enthymema reducitur ad Syllogismum perfectum, per additionem præmissæ deficientis, quæ reducitur fieri in omni figura, secundum dispositionem terminorum in Enthymemate: ad supplendum autem oportet considerare: quod, quia medium conclusionem non intrat: pro medio in propositione suppledā: Exempli gratia: homo currit: ergo animal currit: sic reducitur, sumendo pro medio, ly, homo: omnis homo currit: ergo animal: ergo aliquod animal currit in Darij in tertia figura: & talis reducitur sit per additionem minoris.

Similiter: homo currit ergo homo mouetur: sic reducitur: omne, quod currit, mouetur: homo currit: ergo homo mouetur: in Darij, in prima figura, si suppletur major.

Similiter istud: mulier est pallida: ergo peperit: sic reducitur: omnis mulier, quæ peperit, est pallida: hæc mulier est pallida: ergo hæc mulier peperit: in secunda figura.

Sed ad cognoscendum quando supplenda sit maior: & quando minor: ad reducendum: sit regulari: quando subiectum antecedentis, & conclusionis sit idem terminus: tunc suppledā est maior: & quando prædicatum idem: minor: v.g. homo est rationalis: ergo animal est rationale: minor suppletur sic: homo est rationalis: omnis homo est animal: ergo aliquod animal est rationale: minor suppletur sic: homo est rationalis: omnis homo est animal: ergo aliquod animal est rationale: minor suppletur sic: homo est rationalis: omnis homo est animal: ergo Petrus est homo: ergo Petrus est animal.

Aliquando inueniuntur Enthymemata ex quatuor terminis: vt homo currit: ergo animal mouetur: & virtute sunt duo Enthymemata: & sic ad duos perfectos syllogismos reducenda: vt in exemplo positivo surt hæc: homo currit: ergo animal currit: animal currit: ergo animal mouetur. Primum reducetur ad tertiam figu-

Regulae

nam in Disamis sic: homo currit: omnis homo est animal: ergo animal currit. Secundum ad primam figuram: in Darij: omne, quod currit, mouetur: sed animal currit: ergo animal mouetur. Et haec de Enthymemate, quae omnia apud Tertium habentur, ut supra.

C A P V T. IX.

De Inductione, & Exemplio.

*Inductio.
quid.*

*Descensus
quid.*

Nota.

*Ascensus co
pularius.
Descensus co
pularius.*

mo est animal: & hic homo est animal: & sic de singulis.

Ascensus copulatus est argumentatio, in qua, ex singularibus sufficienter enumeratis copulatum, colligitur vniuersale, seu magis commune. Descensus copulatus est argumentatio, in qua,

*Ascensus co
pularius.*

*Descensus co
pularius.*

ex vniuersali, vel magis communi, colliguntur singularia sufficienter enumerata copulatum. Similis autem Ascensus, & Descensus, solum fit sub termino supponente suppositione confusa copulata: v.g. in hac propositione: omnes Apostoli Dei sunt duo decim: sic licet ascendere, seu descendere: hic est Apostolus Dei: & hic: & hic: do, nec compleat numerus duodenarius collectivus: & hi sunt duodecim: ergo omnes Apostoli Dei sunt duodecim. Descendere vero sic: omnes Apostoli Dei sunt duodecim: ergo hic est Apostolus Dei: & hic: & hic: usque ad duodecim.

Ascensus disiunctivus est argumentatio, in qua, ex singularibus sufficienter enumeratis disiunctive, colligitur particolare. Descensus disiunctivus est argumentatio, in qua, ex particolare colliguntur singularia sufficienter enumerata disiunctive. Similis autem Ascensus, & Descensus, solum fit sub termino supponente determinante: v.g. in istis propositionibus: aliquis homo est albus: vel homo est albus: sic licet ascendere: hic homo est albus: hic homo est albus: & sic de singulis: ergo aliquis homo est albus. Descendere vere sic: aliquis homo est albus: ergo hic homo est albus: vel hic homo est albus: & sic de singulis.

Ascensus disiunctus est argumentatio, in qua, ex singularibus sufficienter enumeratis disiunctum, colligitur vniuersale, seu magis commune. Descensus vero disiunctus est argumentatio, in qua, ex vniuersali, seu magis communi, colliguntur singularia sufficienter enumerata disiunctum.

*Ascensus di
siunctus.*

*Descensus di
siunctus.*

Similis autem Ascensus, seu Descensus, solum fit sub termino supponente suppositione confusa disiunctum, v.g. in hac propositione: Equus requiritur ad equitandum: sic licet ascensere: hic Equus: vel hic: & sic de singulis: requiritur ad equitandum: ergo Equus requiritur ad equitandum. Descendere autem sic: Equus requiritur ad equitandum: ergo hic Equus vel hic: vel hic: & sic de singulis: requiritur ad equitandum.

Pro Ascensi, & Descensi sunt aliquæ regulæ obseruadæ: prima: cū Ascensus deseruit ad indagandam veritatem propositionis: & Descensus ad falsitatem: & per Ascensum copulatiū semper colligatur vniuersalis propositione: & per disiunctum, particularis, vel indifferita: ideo ad veritatem vniuersali, omnes particulares debent esse veræ: ad falsitatem autem sufficit vna particularis falsa: ad veritatem vero particularis, seu indifferita, sufficit vna particularis vera: ad falsitatem autem quod omnes sint simul falsæ.

Secunda regula: in Ascensi, & Descensi se uadus est ordo: vt scilicet prius ascendam: sub subiecto: deinde sub praedicto: hac tamen cōditio ne seruata: quod prior terminus, qui per Ascensum iam manet resolutus: etiam si sit vniuersalis: semper debet singulariter sumi in resolutione alterius, & non vniuersaliter. Exemplum:

1. Regula.

2. Regula.

3. Regula.

omnis homo est aliquod animal: prius ascenditur sub illo termino, homo, copulatiue: cum distributio supponat: deinde sub illo termino, animal, disiunctive: cum supponat determinante: hoc modo: hic homo est aliquod animal: & hic homo est aliquod animal: & sic de singulis: ergo omnis homo est aliquod animal. De inde sub praedicto: hic homo est hoc animal: vel hic homo est hoc animal: & sic de singulis: ergo hic homo est aliquod animal, & cum in priori Ascensi probatum sit, eadem esse rationem de omnibus hominibus: sequitur: quod omnis homo est aliquod animal: & idem de descensu dicatur.

Si etiam subiectum propositionis constet obliquo, & recto, diversimode supponentibus: prius debet fieri ascensus sub obliquo; & statim sub recto: quomodo cumque vterque supponat: verbi gratia cuiuslibet hominis aliqua manus est dextra: prius distribuitur obliquus copulatiue hoc modo: istius hominis aliqua manus est dextra: & istius hominis aliqua manus est dextra: & sic de singulis: ergo cuiuslibet hominis aliqua manus est dextra. Deinde fit Ascensus sub illo recto, manus, hoc modo: huius hominis hæc manus est dextra: vel huius hominis hæc manus est dextra: & sic de singulis: ergo huius hominis aliqua manus est dextra: & cum eadem sic proorsus ratio de alijs hominibus: vt in priori ascensi probatum est: sequitur: quod cuiuslibet hominis aliqua manus est dextra: & idem de descensibus est dicendum.

Tertia regula: in ascensi, & descensi semper seruari debent proprietates logicales: scilicet, quod termini eodem modo significant: & accipiuntur in consequente: sicut in antecedente. Ex quo sequitur: quod in descensi nunquam licet arguere à termino confuso ad determinatum singularem, defectu cuius hæc propositione falsificatur: omnis homo est animal: ergo omnis homo est istud animal: quia datur antecedens verum: & consequens falsum. Præterea in Ascensi nunquam licet argumentari ab uno termino non distributo ad distributum: quare hæc propositione nihil valet: homo est albus: ergo omnis homo est albus. Si autem numerarentur omnia singularia copulatiue sumptu: pro distributis censemur: & distribuimus ipsum vniuersale.

Iste modus arguendi per inductionem potest ad syllogismum perfectum reduci: sumendo pro medio ipsam inductionem: & pro maiori extremitate prædictum conclusionis probandum: & pro minori extremitate subiectum eiusdem: verbi gratia in Ascensi affirmacio: omne, quod est iste ignis: & ille ignis: & sic de singulis: est calidum: sed omnis ignis est iste ignis, & ille ignis, &c. ergo omnis ignis est calidus: in negatione sic: nihil, quod est iste ignis: & ille ignis: est frigidum: sed omnis ignis est iste ignis: & ille ignis &c. ergo nullus ignis est frigidus: in celarem.

Nota tamen: vt Aristoteles notauit: quod

haec species argumentationis potest deseruire ad probandum principia demonstrationum, quæ in demonstrabili dicuntur: v.g. totū est maius sua pars: sic potest probari: hoc totum in quantitate est maius sua pars: & hoc totum in qualitate est maius sua pars: & sic de alijs ergo omne totum est maius sua pars. Et idem de alijs principijs.

*Exemplum
quid.*

Exemplum est argumentatio, in qua ab uno singulari alterum infertur, propter aliquam similitudinem: verbi gratia D. P. N. Franciscus nihil habens fuit omnia possidens: ergo & nos illius alumni, si nihil habuerimus: omnia possidemus. Et iste modus argumentandi ad inductionem reducitur: appellatur enim inducitio imperfecta: & etiam ad syllogismum perfectum: ut facile patere poterit.

C A P V T. X.

De modo proponendi: & respondendi, quando disputantes seruare debent.

Q Via in hoc Compendio Tyroem instruimus: illumque argumentationem construere docemus: in hoc ultimo capite, ei modum proponendi & argumentationem: si fuerit Propositiō: & respondendi: si fuerit respondens: & quibus verbis, in his vii debet: tradere decreuimus. Cum igitur Dialectica sit ars disputationis, ac disputationis: & disputatione non, nisi inter duos, fieri potest: iorum alter necessario erit proponens: & alter respondens.

Si fuerit Proponens debet in principio sue disputationis, modeste, & sine ambagiis, ac verbis multiplicite, captare benevolentiam, ac venia Magistro, & omnibus circumstantibus. Deinde breuiter integrā argumentationem propoundat: aduersus illam partē, quam impugnare desiderat: quod, vbi fecerit: Respondentem sinat suū exercere munus: nec illum interrupat: donec aliquid respondet: poteritque in sua disputatione his verbis vii: arguere argumentorū: obiectio: insurgo: probo: confirmo: replico: suppono: sequitur: &c.

Si autem fuerit Respondens: attente apprehendat ea, quæ Arguens proponit: quibus auditis, statim integrā argumentationē fideliter resumat: deinde repeatat iterum quam libet argumentationis partem sigillatim: & si argumentatio cōsistat in antecedente, maiori, & minori primo respondebit ad maiorem, mox administrat ad consequentiam: & si aliquam argumentationis partē iniunierit dubiam: distinguat illam: si veram: coedat: si falsam: neget: si impertinentē: dicat: transferat tanquam impertinetē. Si in aliqua propositione ponatur aliqua Maxima: respondebit: nego: vel concedo: Maxima: si aliqua Authoritas: dicat: explicat: authoritatē. Si ponantur aliqua aduerbia significativa comparationem: vt, sicut: ita: & similia: respondebit: nego: vel concedo: paratatem rationis: si autem ponatur hoc verbum, sequitur, infertur, deducitur, seu aliud æquivalentes: dicat: concedo: nego: vel distinguo: sequelam. Aduerterat tamen: quod nunquam con-

L *S* *C*


cedat, neget, vel distinguat, nisi nominando partem argumentationis: & his verbis ut debet: concedo; nego; distinguo; dubito; transferat: ut concedo, nego, distinguo maiorem, vel minorem, vel antecedens; vel sequelam: respectu autem consequentis, & consequentiae communiter dicitur: quod debet dicere distinguo consequens: & non nego, vel concedo consequens: bene tamen dicit: concedo, & nego consequentiam: non tamen; distinguo consequentiam. Ego autem dico: quod respectu istorum eisdem potest uti verbis, quibus ad maiorem, & minorem, & ad antecedens: nam ve in hoc libro cap. i. diximus: aliud est consequens, & aliud consequentia, & potest conse-

Nota.

quens esse verum: & sic concedi: & consequentia mala: & ita negari: & aliquando dubia: & ita distinguui: ut patet in ista: omne animal est sensibile: ergo omnis canis est sensibilis: quae debet distinguui: est enim vera: si in consequente canis sumatur pro cane do- mestico, & pisse marino: falsa autem si signifi- fierit syrus celeste, & haec de Logice o- pendio dicta sufficient: ad laudem omnipoten- tis Dei, immaculatae Virginis Mariae: sine labo originalis peccati concepta, B.P.N.

Francisci, ac omnium nostri
ordinis sancto,

TUR.



COMMENTARIA, PLVRÈS QVE ARTICVLI, AC DIF- FICVLTATES SVPER LOGICAM,

IOANNIS DVNS, SCOTI, DOCTORIS
Subtilis, ac omnium Theologorum Principis.

PROOEMIALIVM SCOTI, QVAESTIO PRIMA.

Utrum Logica sit scientia?



IRCA Logi-
calia dili-
genter inten-
dens; ut ve-
rita tes, qua-
in eis sunt
dubia, clari-
lius eluce-
cant; mo-
uedo dubia
primo su-

pra librum Porphyrii; quare virum Lo-
gica sit scientia?

Videtur quod non: modus sciendi non
est scientia: Logica est modus sciendi:
ergo: maior patet à simili: quia modus vi-
dendi non est visus: probo minorem per
Arist. secundo Metaphysica: Absurdum
est simili querere scientiam, & modum
sciendi: ubi communiter exponitur:

Text.com.
15.

modum sciendi: id est, Logicam.
Item: sexto Metaph. distinguit Arist. Text.com.
scientias in Mathematicam; Naturalem; &
& Diuinam, sive Metaphysicam: sub qua-
rum nulla continetur Logica.

Item: illud, quod procedit ex commu-
nibus, non est scientia: quia scientia est
ex proprijs: sicut & demonstratio, per
Arist. primo Posteriorum: Logica est ex Text.com.
communibus: ergo non est scientia.

Ad oppositum: scientia est effectus de-
monstratiois: in Logica autem multa
demonstratiois concluduntur: ergo, &c.

Item: haec est per se vera: Logicus est
sciens: ergo Logica est scientia: quia à
concreteris, ubi est prædictio per se, te-
net consequentia, ad abstracta.

Dicendum: quod Logica est scientia:
quia, quae in ea docentur demonstratiois
concluduntur: sicut in alijs scientijs: er-